Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1714

Q. 135. Quomodo practicè sit applicanda doctrina hactenus tradita.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42682

Visual Library

1. à n. 804. Et univerſaliter dixi in dubio,
cauſa, quam expreſſiſti vel tacuiſti, fuerit fin
an tantùm impulſiva, præſumendum eſſe, q
fuerit tantùm impulſiva, quia præſumen
eſt pro valore actûs. *Bardi* tamen De conſ
6. c. 5. §. 4. n. 9. tenet oppoſitum, quando
tur de re odioſa, ſed n. 10. fatetur, ſi quis pe
ſpenſationem Matrimonium bonâ fide ini
& poſtea ſuperveniat dubium de valore diſ
ſationis, quod reſolvi non poſſit, ſtandum
pro Matrimonio, quia jam favet poſſeſſio b
fide inchoata.

976 §. 4. Quid tenendum ſit, ſi certus ſis te in
gere diſpenſatione, & dubites, an acceperis
ſi certus ſis te obtinuiſſe, ſed dubites, an
venerit vitium, vel an valeat diſpenſatio, d
1. n. 805. & præter Jura ibi citata, ex quib
detur colligi, quòd præſumi debeat pro v
diſpenſationis, hoc ipſum docent *Abb. Salas,*
Tambur. in Decal. l. 1. c. 3. §. 7. v. *Diſpenſa*
& *Dian.* p. 4. t. 3. R. 45. An licitum ſit con
re Matrimonium, quando eſt dubium vel m
probabilitas de impedimento, ſi probabil
lud abeſſe, dixi à n. 527. 530.

977. *Q. 135. Quomodo practicè ſit applicanda d*
hactenus tradita. ℞. hoc modo: 1. Dum a
tis impedimentum inter aliquos, qui cont
re volunt vel jam ſunt in Matrimonio, cog
illud ſit indicandum illis necne. 2. Si ſit
candum illi, qui necdum eſt in Matrim
quantùm potes, diſſuade, quia communit
fauſta ſunt Matrimonia, quæ antecedit im
mentum, niſi valde juſta cauſa moveat a
ſpenſationem petendam, plerumque enim
vent alia carnalia & merè temporalia mo

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quæ apud Deum non valent. 3. Si ille, in quo advertis impedimentum, ſit conjugatus, & ſciat ſe habere impedimentum, velitque diſpenſationem, eò quòd non poſſit ſine ſcandalo facere ſeparationem nec vivere continenter cum uxore putatitia, fac ut impetres diſpenſationem ipſi, per unum ſaltem Religioſum ex iis Ordinibus, quos n. 970. notavi habere Pœnitentiarios Romæ, ſed jube interim abſtinere ab omni actu conjugali. 4. Accepto Reſcripto, ſive pro conjuncto, ſive pro alio, ſi habeas qualitates requiſitas, & ille, pro quo petitum eſt, te ad id munus eligat, ipſo præſente aperi litteras, expone omnes clauſulas concernentes, quære, an vera ſint, quæ illic aſſeruntur, & an præſtare velit, quæ injunguntur: ſi dicat vera eſſe, & paratus ſit præſtare omnia, jube ſe ad confeſſionem diſponere, audi confitentem, impone præſcriptas pœnitentias, adde admonitiones debitas, declara prolem ejus eſſe legitimam, ſi proles habeat, da abſolutionem à cenſuris, tum à peccatis ſimul vel etiam antè, intendens cum eo diſpenſare in impedimento; denique hoc ipſum illi declara, nempe quòd cum eo ſit diſpenſatum, & dilania litteras diſpenſationis.

Q. 136. *Quid præterea ſit notandum circa executionem diſpenſationum matrimonialium.* R. Suppoſitis illis, quæ l. 4. à n. 659. dixi de Executore litterarum apoſtolicarum, notanda hìc ſunt ſeqq. §. 1. Executores hi ordinariè debent eſſe graduati in Theologia vel Jure Canonico ſecundùm dicta n. 954. Poſſunt tamen Superiores Societatis JESU communicare facultatem alicui de Societate non Doctori, aperiendi litteras S. *Pœnitentiariæ*, ex privilegio *Gregorii* XIII. anno 1582. die 3. 978.